



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. VVenceslaus Martyr. 28. Septembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

## S. VVENCESLAUS M A R T Y R.

28. Septembris.

*Scripsi vobis non commisceri, si is,  
qui frater nominatur, est fornicator,  
aut idolis serviens aut a-  
varus & ejusmodi nec cibum su-  
mere. Ep. i. ad Corint. 5. cap.*

**D**isparis educationis disparès exitus vide.  
Erant WENCESLAUS & Boleslaus germani Fratres, Bohemiæ uterq; Dux, sed illumavia Ludmilla sanctissima Matrona, hunc monstrum mulieris Drahomira mater eduxit. Nempe uterque mores nutricis imbibit. Fratres negares, tam iste pietatem oderat, tam ille amaverat. Ille divina humanaque omnia susque deque habere, hic verò nudis pedibus summâ hyeme templa obire, & facienti Sacerdoti Minister adesse. Ostendit cœlum, gratum sibi esse, hominem iis munis assuescere, quibus cives sui Angeli delarentur. Cùm enim in Radislaum movearet WENCESLAVS parēns sanguinis suo-

rum

rum sed prodigus sui, hosti duellum obtulit;  
ensiculobrevi succinctus, sed benè, loricā è  
cilio & cruce armatus. Adest ille totus fer-  
reus hastāque ingenti & macherà timendus;  
verùm pugnam sibi non cum homine esse,  
sed Angelo videt, qui perterritum ad genua  
**WENCESLAI** cogit descendere. Quin Ot-  
tho etiam Imperator cùm comitia haberet,  
inter Angelorum manus ingredi aulam,  
**WENCESLAVM** vedit, comitatu profectò  
ipslī etiam Imperatori invidendo. Tandem  
Drahomira blandis verbis ad se invitatum per  
Boleslaum in mensa obtruncat. Sed parrici-  
dium novercæ matris neque ipsa quidem  
Styx tulit; curru quippe vectam cum omni  
comitatu (si modò aurigam excipias, qui ære  
campano excitus ad aram accurrerat) vivam  
absorpsit, utique non levem terram habitu-  
ram, cui viva tam gravis fuerat. Ex Surio.

## MEDITATIO

### *De odio Virtutis & falsis fra- tribus.*

**W**Enceslao nihil sanctius & Boleslao nihil sce-  
lestius. Ille Abel innocentia, iste Cain invi-

diâ. Propter quid Cain occidit Abel? interrogat, & sibi met respondet. Joannes Ep. 1. c. 3: quia opera eum erant maligna, frater autem ejus justa. O invidia anti-quum malum! an non & tu coquis venenum hoc subinde in corde tuo? nunquid etiam tua facies tibi comedit? Gen. 4. Invides, quia Deus favet fratri tuo? doles? quia bene est illi, *Fratres estis, ut quid nocet alterutrum.* Act. 7.

2. Ut in Abele & Caino sic in Wenceslao & Boleslao virtus documenta dedit, Ideo malos permitti Deo ut coronentur boni, & dotem pietatis esse res adversas, & proborum patrimonium Pati. sed insiste Virtuti, nil territus ab his, Wenceslaum imitare, cui bona conscientia & Angelica custodia fortis armatura fuit. *Eum time, qui potest animam misere ingebennam:*

3. O dolosam amicitiam mundi! invitatur Wenceslaus ad convivium, ut ab immitti leone innocens agnus raptetur ad macellum. Sic & Cain invitabat Abelem egrediamur foras &c. Sic impiorum lingua lambendo venenum spargit. Et quare blandienti mundo adhæres plūsquam Christo invitanti? Nemo speret in patronis, nemo in amicis aut parentibus cùm frater fratrem tradat in mortem. S. Chrys. hom. 24.

---

## S. MICHAEL ARCHANGELVS.

29. Septembris,

Factum